


58 novembri 1970

Notitiae

Sacra Congregatio pro Cultu Divino



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica edenda cura
SACRAE CONGREGATIONIS PRO CULTU DIVINO

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Conferentiis Episcopalis vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit. *Directio*: Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta his verbis inscripta: NOTITIAE, Città del Vaticano

Administratio autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana*
Città del Vaticano

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 2.000 - extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5). Singuli fasciculi veneunt: lit. 200 (\$ 0,35) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 4.000 (\$ 7) id. linteo contexta: lit. 5.000 (\$ 8,40) singuli fasciculi: lit. 400 (\$ 0,70)

Libreria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii
mittere potest etiam *via aërea*

Libreria Editrice Vaticana — C.c.p. N. 1-16722

Typis Polyglottis Vaticanis

SUMMARIUM

Allocutiones Summi Pontificis

Agli Addetti al culto italiani	345
Oratio liturgica	347

Acta Congregationis

Instructio de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis	348
--	-----

Summarium Decretorum

I. Confirmatio deliberationum Conferentiarum Episcopaliū circa interpretationes populares	371
II. Confirmatio interpretationum popularium Propriorum Religioso- rum	373
III. Decreta circa ritus et Calendaria particularia	373
IV. Decreta quibus facultates circa SS.mam Eucharistiam conceduntur	374
V. Decreta circa Missas votivas in Sanctuariis	374
VI. Decreta circa experimenta	374
VII. Decreta varia	375
Litaniae Sanctorum: mutationes	375

Chronica

Italia - XII Convegno Nazionale di Arte Sacra	376
---	-----

SOMMAIRE

Discours du Saint-Père (pp. 345-347)

Aux sacristains italiens. A l'audience générale du 14 octobre 1970, Paul VI adressait un salut particulier aux participants du 1^{er} Congrès national des « employés du culte » en Italie, insistant sur l'importance de la formation liturgique et professionnelle qu'ils doivent acquérir en vue de leur service dans la maison du Seigneur.

Aux abbés et prieurs bénédictins. S'adressant aux abbés et prieurs de l'Ordre de Saint-Benoît réunis à Rome pour leur Congrès international, le Saint-Père a particulièrement mis en lumière la dignité et la spiritualité de la prière liturgique.

Actes de la Congrégation (pp. 348-375)

Instruction sur les calendriers particuliers et la révision des Offices et Messes propres. Le 24 juin 1970, la S. Congrégation pour le Culte Divin a publié une Instruction pour la révision des calendriers particuliers et des propres du Missel et de l'Office. L'Instruction, dont le texte intégral est reproduit avec un commentaire des parties les plus substantielles et les plus nouvelles, comprend un premier chapitre sur les règles générales que l'on doit suivre dans la révision des calendriers et des propres pour les pays, les diocèses, les Eglises locales et les familles religieuses, en harmonie avec les principes et les dispositions promulgués pour le renouveau liturgique.

Le chapitre II traite des célébrations particulières, telles que la solennité ou fête du patron principal, du patron secondaire, des saints et bienheureux inscrits au Martyrologe et appartenant à une nation ou à une région déterminée. Il traite aussi de l'anniversaire de la dédicace de l'église cathédrale, de la manière d'insérer les diverses célébrations dans les calendriers particuliers, du jour propre des célébrations, de leur degré liturgique et enfin des titres appliqués aux saints.

Dans le chapitre III, on parle de certaines célébrations, comme celles des patrons et titulaires, des solennités qui ne sont plus fêtes de précepte, des Rogations et des Quatre-Temps. Le chapitre IV concerne la révision des textes propres des Messes et des Offices. Le chapitre V traite des privilèges et indults en matière liturgique.

Chronique (p. 376)

Italie: XII^e Session nationale d'Art sacré. On trouvera un rapport sur la Session nationale d'Art sacré due à l'initiative de la Commission Pontificale centrale d'Art sacré en Italie, qui s'est tenue à Ascoli Piceno du 23 au 26 septembre 1970 sur le thème « Le lieu liturgique du *Presbyterium*: valeurs, interprétations, propositions ».

SUMARIO

Discursos del Santo Padre (pp. 345-347)

A los sacristanes italianos. En la Audiencia general del 14 de octubre de 1970, el Santo Padre dirigió un saludo particular a los participantes en el primer Congreso nacional de «adictos al culto en Italia», subrayando la importancia de su formación litúrgica y profesional, en vista del servicio que tienen que cumplir en la casa del Señor.

A los Abades y Piores Benedictinos. Hablando a los Abades y Piores del Orden de S. Benito, reunidos en Roma para su Congreso internacional, el Santo Padre puso particularmente de relieve la dignidad y la espiritualidad de la oración litúrgica.

Actos de la Congregación (pp. 348-375)

Instructio de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Proprijs recognoscendis. Con fecha 24 de junio de 1970, la Sagrada Congregación del Culto Divino publicó una Instrucción para la revisión de los calendarios particulares y de los propios de la Misa y del Breviario. La Instrucción, cuyo texto íntegro ofrecemos junto con un comentario de sus partes más significativas e innovadoras, comprende un primer Capítulo sobre las normas generales que hay que seguir en la revisión de los calendarios y de los propios de las regiones, de las diócesis, de las iglesias locales, y de cada familia religiosa en particular, en armonía con los principios y disposiciones emanados para la renovación litúrgica. El Capítulo II trata de las celebraciones particulares, como la solemnidad o fiesta del patrono principal, del segundo patrono, de los Santos y Beatos inscritos en el Martirologio y pertenecientes a una nación o región determinada, del aniversario de la Dedicación de la iglesia catedral; de la manera de encuadrar las distintas celebraciones en los calendarios particulares; del día apropiado para las celebraciones, de su grado, y finalmente de los títulos de los Santos. En el Capítulo III se habla de algunas celebraciones en particular, como las de los patronos y de los títulos eclesiales; de las solemnidades para las que no vige ya el precepto festivo; de las rogativas y de las cuatro témporas del año. El Capítulo IV se refiere a la revisión de los textos propios de las Misas y de los Oficios. El Capítulo V se ocupa de los privilegios y de los indultos en materia litúrgica.

Crónica (p. 376)

Italia. XII Congreso nacional de Arte sacro. Se da cuenta del Congreso nacional de Arte sacro, promovido por la Pontificia comisión central de Arte sacro en Italia y celebrado en Ascoli Piceno del 23 al 26 de septiembre, sobre el tema: «El área litúrgica presbiteral: valores, interpretaciones, propuestas».

SUMMARY

Discourses of the Holy Father (pp. 345-347)

To Italian Sacristans. In the General Audience of 14 October 1970, the Holy Father gave a special greeting to those taking part in the First National Congress of Sacristans in Italy, underlining the importance of their liturgical and professional formation, in view of the service they give in the house of the Lord.

To Benedictine Abbots and Priors. Speaking to the Abbots and Priors of the Order of St Benedict, who had come to Rome for their International Congress, the Holy Father laid particular emphasis on the dignity and spirituality of liturgical prayer.

Acts of the Congregation (pp. 348-375)

Instructio de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis. On 24 June 1970, the Sacred Congregation for Divine Worship published an Instruction for the revision of special calendars and of propers of the Mass and Breviary. We give the whole text and a comment on parts of particular importance. The Instruction consists of a first chapter on the general norms to be followed in the revision of calendars, and of regional propers, of diocese, of local churches and of various religious families, in harmony with the principles and norms given for the liturgical renewal. The second chapter deals with special celebrations, such as the solemnity or feast of the principal patron, of the secondary patron, of the saints and *beati* inscribed in the Martyrology and belonging to a particular nation or region, of the anniversary of the dedication of a cathedral church, of the way various celebrations should be inserted in special calendars, of the correct day for the celebrations, of their rank and finally of the titles of the saints. Chapter three deals with certain types of celebrations, such as those of patrons and titles given to churches; of those solemnities which are not holy days of obligation: of rogation and ember days. Chapter four treats of the revision of the texts proper to the Mass and the Office. Chapter five speaks of privileges and indulgences in the field of the liturgy.

Chronicle (p. 376)

Italy. XII National Congress of Sacred Art. An account is given of the National Congress of Sacred Art, promoted by the central Pontifical Commission for Sacred Art in Italy, which took place at Ascoli Piceno, 23-26 September 1970, on the theme "The Liturgical Significance of the Sanctuary: Values, Interpretations, Proposals".

ZUSAMMENFASSUNG

Ansprachen des Heiligen Vaters (SS. 345-347)

An die italienischen Messner. In der allgemeinen Audienz am 14. Oktober 1970 richtete der Heilige Vater Paul VI. einen besonderen Gruss an die Teilnehmer des 1. Nationalkongresses der dem « Kultus Zugeteilten » in Italien. Er unterstrich die Bedeutung ihrer liturgischen und Berufsausbildung, im Hinblick auf den Dienst, den sie im Hause Gottes auszuüben haben.

An die Äbte und Priore des Benediktinerordens. Indem der Heilige Vater sich an die Äbte und Priore des Benediktinerordens wandte, die sich in Rom anlässlich ihres internationalen Kongresses versammelt hatten, betonte ER in besonderer Weise die Würde und Geistigkeit des liturgischen Gebetes.

Tätigkeitsbericht der Kongregation (SS. 348-375)

Instructio de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis.

An 24. Juni 1970 hat die Hlg. Kongregation für den Gottesdienst eine Anweisung für die Revision der besonderen und der eigenen Kalender über die Messe und das Brevier veröffentlicht. Die Anweisung, deren vollständiger Text zusammen mit einem Kommentar der wichtigsten und neuesten Teile wiedergegeben wird, enthält im 1. Kapitel Allgemeinregeln, denen Folge zu leisten ist bei der Revision der Kalender und der Eigentexte in der Region, den Diözesen, den Lokalkirchen, den einzelnen religiösen Familien, in Harmonie mit den Prinzipien und den erlassenen Dispositionen der Liturgieerneuerung. Kapitel 2 behandelt besondere Feiern wie die Feier oder das Fest des Hauptpatrons, des zweiten Patrons, der Heiligen und Seligen, die im Märtyrerverzeichnis eingetragen sind und einer bestimmten Nation oder einem bestimmten Gebiet angehören; den Jahrestag der Kirchweihe der Kathedrale; die Eingliederung der verschiedenen liturgischen Feiern in die besonderen Kalender; den geeigneten Tag für die Feiern und ihren Rang; und spricht schliesslich vom Titel der Heiligen. In Kapitel 3 ist von einzelnen Feiern die Rede, wie jener der Patrone und Kirchentitel, von Feiertagen, die nicht mehr geboten sind, Bit und Quatempertagen. Kapitel 4 behandelt die Revision der Messtexte und der Offizien; und das 5. Kapitel spricht über die Privilegien und Indulten im liturgischen Bereich.

Chronik (S. 376)

Italien. XII. Nationalkongress für religiöse Kunst. Bezieht sich auf das Nationaltreffen der religiösen Kunst, gefördert vom päpstlichen Hauptausschuss für religiöse Kunst in Italien. Der Kongress wickelte sich in der Zeit vom 23-26. September in Ascoli Piceno ab und behandelte das Thema: « Die liturgisch-priesterliche Atmosphäre, Werte, Auslegungen, Vorschläge ».

Allocutiones Summi Pontificis

AGLI ADDETTI AL CULTO ITALIANI

Die 14 octobris, in audientia generali, Summus Pontifex Paulus VI, participantibus Primum Congressum Nationalem Aedituum in Italia (« Addetti al culto ») convocatum sub auspiciis Conferentiae Episcoporum Italiae, sequentibus verbis allocutus est.¹

Abbiamo qui gli addetti al culto d'Italia, che celebrano il loro primo Congresso Nazionale.

Noi vogliamo anzitutto ringraziarvi, diletti figli, della vostra presenza, e con voi ringraziamo particolarmente il degnissimo Vescovo di Treviso Sua Eccellenza Mons. Mistrorigo che presiede al vostro Congresso. Conosciamo lo spirito, col quale compite le vostre incombenze, umili ma tanto preziose davanti al Signore, nella cui Casa svolgete il quotidiano lavoro. E ci è caro profittare di questo incontro per dirvi tutta la nostra stima e il nostro incoraggiamento.

Voi siete di insostituibile aiuto ai sacerdoti; e ci fa piacere vedervi desiderosi di una qualificazione sempre più cosciente e aggiornata della vostra missione. Perché di vera missione si tratta. Infatti, oltre al dovere di custodire con diligenza le vostre chiese, affinché tutto vi sia ordinato, pulito, nitido di arcana bellezza, oltre essere i custodi gelosi degli arredi e delle opere d'arte, che in esse si conservano, voi siete per definizione « gli addetti al culto », cioè direttamente impegnati nel settore sacro e nel servizio liturgico. Questo richiede oggi da ciascuno di voi il proprio contributo per rispondere generosamente alla volontà della Chiesa che ha preparato, promosso e voluto la riforma liturgica. Voi conoscete molto bene quanto si stia compiendo in tutto il mondo per rendere più consona con le esigenze

¹ Cf. *L'Osservatore Romano*, 19 octobris 1970.

spirituali dei nostri tempi la vita della Chiesa, che nella liturgia trova una delle sue più frequenti e immediate espressioni.

Ora, anche a voi spetta il compito di dare tutta la vostra opera affinché questo sforzo trovi piena attuazione nelle vostre chiese, nelle vostre parrocchie. Sia perché voi siete sempre al fianco del sacerdote, quando celebra la santa Messa, compie le altre funzioni e amministra i Sacramenti; sia perché siete davanti alla santa assemblea, al popolo di Dio, in attesa e in preghiera; trovandovi sempre, delicatamente attenti e premurosi, prima dell'azione sacra, per preparare degnamente il rito, e dopo di essa, per riassetare convenientemente il luogo sacro.

Tutto questo importa da parte vostra due cose: primo che siate perfettamente consapevoli delle norme che regolano la liturgia rinnovata, e soprattutto dello spirito che la anima. Siate avidi di seguire sui periodici, che sono scritti per voi e anche su altre pubblicazioni, quanto può essere di utile sussidio alla vostra cultura liturgica e professionale.

Noi vogliamo anche lodare e incoraggiare largamente le iniziative che tendono a riunire periodicamente in sede diocesana o interparrocchiale gli addetti al culto in giornate di studio, in convegni, in ritiri spirituali. Sono mezzi indispensabili per la mutua intesa, per la collaborazione e per la formazione, che devono tener alto il livello spirituale del vostro « servizio ».

In secondo luogo la vostra presenza, nel luogo sacro davanti ai fedeli, richiede che la vostra condotta sia sempre irreprensibile, la vostra vita cristiana sempre esemplare, la vostra fede, il vostro comportamento e atteggiamento siano in tutto degni del ministero sacro che compite.

In tal modo, più di ogni altro, voi potete « edificare la Chiesa di Dio », cioè la comunità dei fedeli, che dalla vostra pietà, dal vostro zelo, dall'amore che saprete mostrare e ispirare alla casa del Signore, prenderanno norma di edificazione, di elevazione e di pietà. Vedete dunque come il vostro ufficio sia ricco per la Chiesa di promesse e di speranze, e per voi di onore e di soprannaturale dedizione, a cui il Signore non lascerà certo mancare la sua larga ricompensa.

Sappiate che, per tutti questi motivi il Papa vi segue, vi incoraggia, vi predilige, ripone in voi tanta fiducia. E di gran cuore vi benedice.

ORATIO LITURGICA

In audientia concessa die 1 octobris 1970, 207 Abbatibus et Prioribus conventualibus Ordinis Sancti Benedicti, Congressum Confoederationis Benedictinae Romae participantibus, Sanctus Pater Paulus VI circa orationem liturgicam haec dixit: ¹

Oratio vero liturgica est praecipuum quoddam bonum, pro quo nihil substitui potest et quo vita interior continenter quasi contextitur et indesinenter alitur; ad hanc orationem, quae quasi centro nititur celebratione Sacrificii Eucharistici et recitatione divini Officii, id est laudis divinae, quam opus Dei per excellentiam vocant, monachus Benedictinus incumbit, quasi agatur de re praestantissima et optatissima, in qua speciali prorsus ratione versetur. Quodsi unusquisque homo Deo consecratus oportet sit, si vulgari licet vocabulo uti, «specialista Dei», hoc imprimis ad vos pertinet, dilectissimi nobis sodales Ordinis Sancti Benedicti, qui per longas horas, divino Officio impensas, vos ita exercere debetis, ut animo, a fluxis rebus libero, tacito, austero, ad divinam Maiestatem accedatis et cum ea sponte, laetantes et adorantes colloquamini, quasi ipsius Christi precationem, vos trahentem, secuti. Quemadmodum enim Pius XII, Decessor noster recolendae memoriae, in Encyclicis Litteris, a verbis «Mediator Dei» incipientibus, dixit, «Verbum Dei, humanam naturam assumens, terrestri huic exilio hymnum illum invexit, qui in supernis sedibus per omne aevum canitur. Universam hominum communitatem ipse sibi coagmentat, eandemque in divino hoc concinendo laudis carmine secum consociat. "Quid oremus, sicut oportet, nescimus", sicut nobis humiliter confitendum est, "sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus" (Rom 8, 26). Ac Christus quoque per Spiritum suum in nobis Patrem efflagitat... Excelsae dignitatis eiusmodi Ecclesiae precationis intenta animi nostri pietas respondeat oportet...». In iisdem Encyclicis Litteris haec verba sequuntur de vestra Regula de prompta: «"Sic stemus ad psallendum ut mens nostra concordet voci nostrae" (c. 19). Non igitur de recitatione tantum agitur vel de cantu, qui, quamvis ex musicae artis sacrorumque rituum normis sit perfectissimus, aures tamen solummodo attingat, sed potissimum de ascensu mentis animique nostri ad Deum, ut eidem nosmetipsos, omnesque actiones nostras, Iesu Christo coniuncti, penitus addicamus».²

¹ Cf. *L'Osservatore Romano*, 1 octobris 1970.

² *A.A.S.*, 39, 1947, pp. 573-574.

INSTRUCTIO DE CALENDARIIS PARTICULARIBUS ATQUE OFFICIORUM ET MISSARUM PROPRIIS RECOGNOSCENDIS

Calendaria particularia atque Officiorum et Missarum Propria recognoscere necessarium evasit singulis maioris momenti gradibus instaurationis liturgicae, quam, a Sancto Pio X inchoatam, Concilium Oecumenicum Vaticanum II suis decretis ad fastigium perduxit. Propria enim atque calendaria particularia eo fine sunt efformata, ut ad modum appendicis, Breviario atque Missali a Sancto Pio V editis adderentur, cum haec a singulis dioecesibus religiosisque familiis pro suis propriis atque traditis libris suffecta sunt. Sed, temporum progressu, huiusmodi appendices plus aequo succreverunt, praesertim ob inserta festa quae « devotionis » vocantur, quaeque festis propriis sunt addita. Decretum S. Rituum Congregationis, die 15 maii 1912 datum (A.A.S. 4, 1912, p. 376), Caledaria atque Propria ad ipsorum primigeniam formam primo reduxit. Codice autem rubricarum anno 1960, auctoritate Ioannis Papae XXIII promulgato (A.A.S. 53, 1960, p. 593), nova cognitio promota est, sapientibus normis eam dirigentibus, quas praebuit Instructio S.R.C. De Calendariis particularibus, die 14 februarii 1961 evulgata (A.A.S. 54, 1961, p. 168), quae rationem non parvam habuit progressionum scientiae tum hagiographicae tum patristicae.

Normae a S. Pio X et a Ioanne XXIII statutae etiam in praesenti vim suam retinent, cum ultimus gressus instaurationis liturgicae peragitur et Caledaria particularia aptanda sunt principiis generalibus, quae compositionem direxerunt Calendarii Romani generalis a Paulo Papa VI die 14 februarii 1969 promulgati, et cum Propria accommodanda sunt sive Missali Romano ab eodem Summo Pontifice approbato die 3 aprilis 1969, sive Officio divino, cum ipsius promulgatio brevi tempore exspectatur.

Praesens proinde Instructio faciliorem reddere sibi proponit iis omnibus ad quos spectat recognitionem tum Calendariorum tum Propriorum, sive dioecesum sive religiosorum, iuxta normas ad ordinationem anni liturgici spectantes, decreto S. Rituum Congregationis die 21 martii 1969 statutas. Paginis, quae sequuntur, praebetur textus Instructionis, breviter additis, cum opportunum visum fuerit, notationibus vel explicationibus.

Calendaria particularia atque Officiorum et Missarum Propria recognoscenda hoc tempore videntur, ut principia et normae, quae novo Calendario generali necnon Missali¹ et Breviario renovandis adhibita sunt, ad Calendaria quoque particularia atque Officiorum et Missarum Propria traducantur.

Edito enim novo Calendario generali,² annus liturgicus ita est ordinatus, ut cyclus quo mysteria Domini recoluntur atque cyclus quo Sancti celebrantur aptius inter se cohaerent. E Sanctis vero, iuxta mandatum Concilii Vaticani II, ii tantum Calendario generali inserti sunt, qui momentum revera universale prae se ferre videbantur.

Restat proinde ut eiusdem mandati altera pars impleatur, qua nempe praecipitur, ut alii Sancti congrua celebratione donentur iis in locis, ubi peculiares causae ipsorum cultum suadent, id est in singulis nationibus, dioecesibus, familiis religiosis, quibus iidem Sancti sunt magis proprii.³

Quem ad finem, atque etiam ut pluribus iam sibi propositis quaestionibus respondeat, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino opportunum censet hanc emitte Instructionem, qua opus huiusmodi recognitionis tutius et facilius perficiatur.

CAPUT I

NORMAE GENERALES

1. Cum singulae Ecclesiae et familiae religiosae Sanctos, qui sibi sint magis proprii, peculiari honore prosequantur oporteat, Calendariorum particularium est huiusmodi celebrationes, congruenti ratione cum cyclo generali organice componere.⁴

2. Proprium de tempore, seu cyclus temporum, sollemnitatum et festorum, quo nempe totum redemptionis mysterium in anno liturgico

¹ Cf. Normae universales de anno liturgico et de calendario; Missale Romanum, editio typica, Institutio Generalis, Prooemium.

² Cf. Paulus VI, Litt. Apost. *Mysterii paschalis*, 14 febr. 1969.

³ Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 11.

⁴ Cf. Normae universales de anno liturgico et de calendario, n. 49.

explicatur et colitur, integer semper servetur, et congruenter antepo-
natur celebrationibus particularibus.⁵ Proinde:

a) Diebus dominicis per se prohibetur quaevis perpetua cele-
bratio particularis.⁶

b) Dies in quos plerumque tempus Quadragesimae et octava
Paschae incidit, necnon dies a 17 ad 31 decembris, celebrationibus
particularibus vacui sint, nisi agitur de memoriis ad libitum vel de
festis, de quibus in tabula dierum liturgicorum, n. 8 *a, b, c, d*, vel de
sollemnitatibus quae in aliud tempus nequeunt transferri.⁷

c) Celebrationes indultae, id est celebrationes, quibus cum Ca-
lendario particulari rationes stricte propriae non intercedunt, iterare
non debent alias celebrationes in cyclo mysterii salutis iam occur-
rentes, neque plus aequo multiplicari.⁸ Ut antiquae servantur vel novae
introducantur, peculiares rationes subesse oportet.

Calendarium generale est quasi schema quod compleri et locu-
pletari debet inscriptione sanctorum aliarumque celebrationum Ec-
clesiarum particularium. Attamen huiusmodi additio fieri debet spi-
ritu Normarum de anno liturgico et de Calendario, praesertim ut
dies dominica principem locum habeat, memoriaque mysteriorum
Domini in proprio de tempore non turbetur aliis celebrationibus.

Ideoque in Calendariis particularibus conficiendis nulla celebratio
peculiaris stabiliter ponenda est die dominica. Quibusdam in calen-
dariis statutae dominicae, v.g. tertiae vel ultimae cuiusdam mensis,
assignabatur festum proprium in honorem B.M.V. vel Sanctorum. At
dominica apparere debet ut dies Domini. Tantum in dominicis per
annum *transferri* possunt solemnitates vel festa Domini a fidelibus
accepta, quae ob rationes pastorales infra hebdomadam celebrari
nequeunt (Cf. *Normae de anno Lit. et de Calendario*, n. 58).

Quandoque traditiones populares valde radicatae inveniuntur,
quibus fit ut in ipsis dominicis Quadragesimae, Adventus vel Paschae
celebrationes particulares in honorem Sanctorum peragantur. Omni
cura et prudentia adhibenda est ut fideles intellegant spiritum anni
liturgici et gradatim accipiant translationem huiusmodi celebratio-
num ad tempus aptius.

Quantum fieri potest non inscribantur Sancti diebus a 17 ad

⁵ Cf. *Normae universales de anno liturgico et de calendario*, n. 50.

⁶ *Ibidem*, n. 6.

⁷ *Ibidem*, n. 56 f.

⁸ *Ibidem*, n. 50 c.

31 decembris et aliis, in quibus plerumque tempus Quadragesimae et octava Paschae occurrunt, qui dies liberi esse debent a celebrationibus particularibus.

Fideles insuper adducendi sunt ut plene participant mysteria Domini in cyclo de tempore, ita ut necesse non sit illa denuo peragendi celebrationibus votivis aut indultis, quae eadem mysteria recolunt.

3. Singuli Sancti unica celebratione in anno liturgico percolantur; permittitur tamen, ubi rationes pastorales id suadeant, altera celebratio instar memoriae ad libitum pro translatione vel inventione sanctorum Patronorum aut Fundatorum Ecclesiarum particularium vel familiarum religiosarum, vel pro eventu peculiari (ex. gr. conversione) ad vitam eorundem Sanctorum spectante.⁹ Eiusdem Mysterii vel Sancti recordationes statis temporibus obeundae (ex. gr. statuto die cuiusque mensis vel hebdomadae), si quae exstent, supprimantur.

Ut altera eiusdem Sancti memoria admittatur requiruntur rationes omnino peculiares, tantum cum agitur de eventu qui magnum momentum habet in vita sancti, v.g. conversio, impressio stigmatum, etc.

Quibusdam in ecclesiis vel familiis religiosis consuetudo invaluit celebrandi omnibus mensibus vel hebdomadibus, vel per aliquas hebdomadas consecutivas, Missam de aliquo Sancto, v.g. die anniversaria canonizationis, aut de mysterio Domini, aut de B.M.V. sub quodam titulo, fere nullo respectu habito ad Calendarium generale. Hoc evidenter opponitur spiritui restorationis.

At non excluditur, quando permittitur a normis liturgicis, et utilitas fidelium id consulit, ut Missa votiva de aliquo mysterio, de Sanctis vel de B.M.V. celebretur, v.g. prima feria VI mensis, in honorem SS.mi Cordis Iesu, aut, sabbato, in honorem B.V.M.

Tantum excluditur systematica inscriptio huiusmodi celebrationis, obligatorie faciendae, super ceteras Calendarii generalis aut particularis.

4. Cum Calendariorum et Propriorum recognitioni accuratam investigationem theologicam, historicam, pastorem anteire oporteat,¹⁰ curabunt Ordinarii vel aliae auctoritates legitimae, ut Commissionem constituent virorum in his disciplinis versatorum.

⁹ Normae universales de anno liturgico et de calendario, n. 50 b.

¹⁰ Cf. Conc. Oecum. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 23.

Calendaria autem redigantur consilio habito etiam cum clero et populo vel familiae religiosae sodalibus, ad quos spectat, atque a competente auctoritate approbentur et huius Sacrae Congregationis pro Cultu Divino confirmationi proponantur *intra quinquennium* a novo Missali novoque Breviario evulgatis.

Calendarium hac ratione approbatum ab omnibus, qui eo tenentur, servari debet, et, nisi assenserit Apostolica Sedes, mutari non poterit.

5. Calendario et Proprio dioecesis aut familiae religiosae rite recognito, curent Ordinarii ut etiam Calendaria, Propria et indulta ac privilegia singularum ecclesiarum et provinciarum religiosarum, quae ab ipsorum iurisdictione pendent, opportune recognoscantur, iisdem adhibitis principiis ac normis, quae in hac Instructione exponuntur.

6. Calendaria particularia et Officiorum ac Missarum Propria ad hanc Sacram Congregationem, *tribus* exemplaribus dactilographice exaratis, mittantur, addito uno exemplari Calendarii et Proprii praecedentis. In universo opere transmittendo:

a) breviter sed perspicue rationes exponantur, ob quas singulae mutationes inductae sunt, praesertim si a normis, quae in hac Instructione exponuntur, discrepant;

b) indicetur quoque, cum agitur de Officiis vel Missis novis, quatenam partes ex aliis Officiis vel Missis iam approbatis sumantur, quatenam vero sint ab integro confectae.

Hoc opus revisionis fieri non potest ab una tantum persona, sed consociatis viribus cuiusdam Commissionis peritorum, ab Auctoritate competentis dioecesis aut familiae religiosae constituta.

Universa prae oculis habenda sunt: Calendarium, Proprium Missarum et Officiorum, privilegia ad tempus aut stabiliter concessa. Tantum cum integrum opus revisionis perfectum erit omnia, scilicet nova et vetera ad Sacram Congregationem pro Cultu Divino transmittenda sunt pro confirmatione.

Interea servantur normae pro Calendario ad interim.

CAPUT II

DE CELEBRATIONIBUS ET DE CALENDARIO PROPRIIS

A) De celebrationibus particularibus

7. In Calendariis particularibus inscribuntur celebrationes propriae, quae ipso iure fieri debent vel indulto concessae sunt.

8. Celebrationes propriae cuiusque regionis, aut nationis aut amplioris territorii sunt:

— festum Patroni principalis, quod tamen, rationibus pastoralibus suadentibus, fieri potest sollemnitas;

— memoria Patroni secundarii;

— aliae celebrationes Sanctorum vel Beatorum, qui in Martyrologio vel eius Appendice rite sunt inscripti, et ad regionem, nationem vel amplius territorium potissimum attinent.

9. Celebrationes propriae cuiusque dioecesis sunt:

— festum Patroni principalis, quod tamen, rationibus pastoralibus suadentibus, fieri potest sollemnitas;

— festum anniversarii Dedicationis ecclesiae cathedralis;

— memoria Patroni secundarii;

— celebrationes Sanctorum et Beatorum, qui in Martyrologio vel eius Appendice rite sunt inscripti, qui ad dioecesim peculiaribus modis pertinent, ut sunt origo, commoratio longior, obitus, cultus ab immemorabili traditus et adhuc perseverans.

Principium Calendarii generalis Patronos amplioris territorii celebrandos esse gradu festi, aliquomodo mitigatur. Novum Calendarium Romanum generale extollit, iuxta traditionem, cultum « localem » Sanctorum, eo quod magis persentiat a fidelibus, qui peculiarem rationem coniunctionis habent cum Sancto ab ipsis venerato. Ita tamquam « sollemnitates » habentur celebrationes Patroni loci, oppidi aut civitatis, tituli et anniversarii dedicationis ecclesiae propriae (cf. infra nn. 10-11).

Attamen, aliquibus in casibus, Patronus dioecesis vel nationis electus est quia magnum momentum habuit in historia nationis, regio-

nis vel dioecesis, eiusque cultus ab omnibus valde praestatur. Ita, v.g. S. Nicolaus de Flüe in Helvetia, S. Franciscus Assisiensis in Italia, S. Stanislaus in Polonia, S. Venceslaus in Cechoslovachia, S. Stephanus in Hungaria, S. Georgius in Anglia, etc. His in casibus bonum pastorale requirere potest, ut Patronus in tota regione recolatur gradu sollemnitatis, ita ut etiam in dominicis per annum celebrari valeat.

Manet ergo principium generale, quod tamen mutari potest a Conferentiis Episcopalibus, quarum res interest.

10. Celebrationes propriae cuiusque loci seu oppidi aut civitatis sunt:

- sollemnitas Patroni principalis;
- memoria Patroni secundarii.

11. Celebrationes propriae cuiusque ecclesiae sunt:

- sollemnitas anniversarii Dedicationis, si est consecrata;
- sollemnitas Tituli;
- memoria Sancti aut Beati, in Martyrologio vel eius Appendice descripti, cuius corpus ibi asservatur.

12. Celebrationes propriae cuiusvis familiae religiosae sunt:

a) Pro universa familia religiosa:

- sollemnitas vel festum Tituli;
- sollemnitas vel festum Fundatoris inter Sanctos relati;
- sollemnitas vel festum Patroni principalis Ordinis vel Congregationis;
- festum Fundatoris in Beatorum album adscripti;
- memoria Patroni secundarii;
- celebrationes Sanctorum et Beatorum, qui Ordinis vel Congregationis sodales fuerunt, ad normam n. 17 a;

b) Pro singulis Provinciis:

- festum Tituli vel Patroni principalis;
- memoria Patroni secundarii;
- celebrationes Sanctorum et Beatorum, qui cum Provincia praecipue coniuncti sunt, ad normam n. 17 b.

Ad celebrationes autem Tituli, Fundatoris canonizati, et Patroni principalis quod attinet, meminerint unam tantum ex his ad modum sollemnitatis posse Calendario inscribi, alias vero ut festa agendas esse. Electio autem ad supremam familiae religiosae auctoritatem spectat, eadem ratione atque Calendarii particularis recognitio.

Etiam pro aliquibus familiis religiosis difficultas exurgere potest in electione facienda inter Titulum, Fundatorem canonizatum et Patronum principalem, eadem ratione ac pro Patrono principali nationis vel amplioris territorii. Quandoque sive Fundatorem sive Titulum magnum momentum habent in vita spirituali totius familiae religiosas. Ne, tamen, Calendarium plus aequo gravetur celebrationibus particularibus, servandum est principium statutum a Calendario generali. Si autem difficultates inveniuntur, superior auctoritas totam quaestionem Sacrae Congregationi pro Cultu Divino proponat, quae iudicabit utrum exceptio quaedam admittenda sit.

B) De Calendario particulari et de celebrationibus in illud referendis

13. Calendarium particulare conficitur, cum in Calendarium generale celebrationes particulares inseruntur. Potest autem esse nationale vel regionale, dioecesanum, aut religiosum.

14. Calendarium nationale vel regionale pro opportunitate conficitur pro universa natione vel regione, et in eo celebrationes inscribuntur illi propriae et indultae, quae in Calendario generali non inveniuntur aut gradu superiore in Calendario proprio sunt recolendae.

Hoc modo congrua celebratione donari possunt, singulis in nationibus vel regionibus, Sancti qui magnum momentum in earum religiosa historia habuerunt, praesertim ob doctrinam vel apostolicam actuositatem.

Inter Calendarium generale et dioecesanum consulitur efformatio cuiusdam Calendarii pro tota natione, quod non constituitur additione calendariorum dioecesium, sed, auctoritate Conferentiae Episcopalis, amplectere debet celebrationes, quae peculiare habent momentum pro Natione et ideo eadem ratione iisdemque textibus peraguntur. In huiusmodi Calendario inscribuntur etiam sollemnitates, quarum praeceptum festivum est abrogatum, et iure vel privilegio transferuntur ad alium diem (cf. n. 37). Iuxta Calendarium nationale ordinantur etiam libri liturgici lingua vernacula exarati (cf. n. 46).

15. a) Calendarium dioecesanum habet quaeque dioecesis et territorium ecclesiasticum dioecesi aequiparatum (cf. C.I.C. can. 293, 1 et 319).

b) Calendarium dioecesanum conficitur inferendis Calendario generali:

— celebrationibus universae nationi et regioni necnon ampliori territorio propriis et indultis;

— celebrationibus universae dioecesi propriis et indultis.

c) Secundum huiusmodi Calendarium dioecesanum conficiuntur Calendaria cuiusque loci, cuiusque ecclesiae vel oratorii, necnon Congregationum religiosarum et Institutorum, quae Calendario religioso carent, additis celebrationibus propriis et indultis.

16. a) Calendarium religiosum habent:

— Ordines virorum, quorum Calendarium adhibere debent etiam moniales et sorores eiusdem Ordinis, si quae sunt, necnon tertiarum aggregati in communi viventes et vota simplicia emittentes.

— Congregationes religiosas, Societates et Instituta iuris pontificii, si celebratione divini Officii, quovis modo, tenentur.

b) Calendarium religiosum conficitur inferendis Calendario generali celebrationibus propriis et ipsi Ordini vel Congregationi indultis.

c) Secundum huiusmodi Calendarium religiosum conficiuntur Calendaria cuiusque provinciae religiosae, cuiusque ecclesiae aut oratorii Ordinis vel Congregationis, additis celebrationibus propriis et indultis.

d) Sodales autem familiarum religiosarum cum Ecclesia locali iunguntur in celebrandis die anniversario Dedicationis ecclesiae cathedralis et Patronis principalibus loci et amplioris ditionis ubi degunt.¹¹

17. Quando aliqua dioecesis vel aliqua familia religiosa pluribus Sanctis et Beatis decoratur, cavendum est ne Calendarium universae dioecesis vel Instituti plus aequo gravetur. Proinde:

a) Singularis celebratio in Calendario destinatur tantummodo Sanctis vel Beatis, qui peculiare momentum prae se ferunt pro universa dioecesi (ex. gr. qui Ecclesiam localem fundaverunt aut suo sanguine vel praeclaris meritis illustraverunt), aut pro universa familia religiosa (ex. gr. praecipui martyres, aut Sancti vel Beati qui familiam religiosam praeclaris meritis ornaverunt).

b) Ceteri Sancti et Beati celebrentur tantum iis in locis, quibus arctiores habent necessitudines, aut ubi eorum corpus aservatur,¹² addita, pro opportunitate, in Calendario dioecesis vel familiae religiosae, celebratione communi vel omnium Sanctorum et Beatorum vel alicuius ordinis eorum (ex. gr. martyrum, episcoporum, etc.).

¹¹ Normae universales de anno liturgico et de calendario, n. 52 c.

¹² Ibidem, n. 53 c.

Quae supra statuuntur, servantur etiam, debitis inductis mutationibus, in conficiendis Calendariis nationalibus aut ad amplius territorium pertinentibus.

Calendariis particularibus ditior redditur illud generale, inscriptione Sanctorum et Beatorum qui revera a fidelibus alicuius regionis vel familiae religiosae venerantur et diliguntur, cuiusque cultus apud eosdem floret. Attamen hoc minime laedere debet Proprium de tempore, quod potiore locum semper obtinere prae festis Sanctorum necesse est.

Ut hoc fieri possit consulitur communis celebratio omnium Sanctorum et Beatorum alicuius regionis vel familiae religiosae, qui etiam per diversos ordines distribui possunt et insimul commemorari.

Attendenda etiam est possibilitas quae habetur rationabiliter utendi memoriis ad libitum, praesertim in locis ubi non pauci Sancti inscribi debent. Memoria ad libitum fit ut facilius et frequentius celebratio aptari possit necessitatibus, praeparationi, pietati et ingenio fidelium, quin turbetur proprium de tempore, et quin omnes obligentur ad celebrationem propositam eodem modo peragendam (cf. nn. 24-25).

18. De singulis Sanctis et Beatis Calendario inscribendis criticum examen instituatur, ita ut eorum vita et acta necnon cultus origo et diffusio fide historica comprobentur. Quem ad finem consulantur viri quaestionum ad hagiographiam loci pertinentium periti, atque collectiones hagiographicae critico studio recentius editae. Si quae dubia nihilominus supererunt, tota res poterit huic Sacrae Congregationi remitti.

19. In Calendariis particularibus recognoscendis expungantur nomina Sanctorum de quibus, praeter nomen, parum vel nihil historice constat. Insuper eorum Sanctorum nomina expungantur, quae ratione peculiarium circumstantiarum olim in calendario inscripta, nunc ad dioecesim vel familiam religiosam nullo pacto vel levissime solum pertinent.

Permultae dioeceses opus criticae revisionis Calendarii iam peregerunt annis praeteritis. Hoc adhuc facilius fiet nunc auxilio operum recenter editorum et novi Martyrologii, a Sacra Congregatione pro Cultu Divino apparandi, quod continet elenchum officiale Sanctorum et Beatorum Ecclesiae. Sed etiam Sancti, de quibus historica existentia constat, at fere nihil scitur, nisi pastorales rationes aliud suadeat, consulitur ut e Calendario particulari expungantur. Sancti enim,

exemplo fidelibus proponuntur ut viam ad sanctitatem ostendant. Pariter, ratio non videtur servandi Sanctos, quorum relatio cum Ecclesia particulari amplius non deprehenditur, quia causae ob quas electi sunt iam non apparent, v.g. votum, calamitas, coniunctio cum alia dioecesi, etc.

20. Cum vero recentiore aetate dioecesium fines saepius mutati sint, ne servantur in Calendario omnium Sanctorum nomina cuiusque territorii e quibus nova dioecesis constat, nisi hi Sancti momentum universale habent pro universa nova dioecesi.

C) *De celebrationum die proprio*

21. Sanctis proprius dies natalis, quantum fieri potest, assignetur. Si vero dies natalis ignoratur, celebratio indicatur in diem alia ratione eiusdem Sancti proprium, ex. gr. diem inventionis, elevationis aut translationis corporis, vel etiam diem canonizationis; secus diem qui in Calendario particulari liber fuerit ab aliis celebrationibus.¹³

Si tamen Sanctus iam est Calendario inscriptus et eius dies celebrationis cum devotione fidelium, traditionibus popularibus aut consuetudinibus civilibus adeo arcte est conexus, ut absque incommodo mutari nequeat, servetur dies tralaticius.

Pro celebratione Sanctorum praeferendus est dies natalis, ob eius significationem. Attamen quando e mutato die periculum oriretur minuendi venerationem aut perturbandi consuetudines etiam civiles vel mores populares valde radicatae, tunc dies traditus servari potest, dummodo non impediatur celebratione superiore Calendarii generalis. Ita v.g. concessum est ut Cecoslovachia Ss. Cyrillum et Methodium colere pergat die 5 iulii, Salvatorianae Reipublicae ut festum exaltationis sanctae Crucis die 3 maii celebretur (cf. *Notitiae*, 1969, p. 271).

22. Celebrationes, quae indultae vocantur, instituantur die ad rationem pastorem aptiore.

23. Quotiescumque celebrationes propriae cum universalibus compositae sunt iungendae, haec servantur:

a) sollemnitates Calendario generali inscriptae eodem die retineantur etiam in Calendariis particularibus, nisi aliter cavetur (c. n. 36).

¹³ Normae universales de anno liturgico et de calendario, n. 56 c.

b) Festa in Calendario generali inscripta eodem die retineantur etiam in Calendariis particularibus, festo proprio in eundem diem forte incidente ad proximum diem liberum translato, nisi dies festi proprii ita cum more loci aut cultu populari conectitur, ut nequeat absque gravi incommodo transferri.

c) Memoria propria praeferatur memoriae generali, quae non est obligatoria. Aliquando tamen etiam memoriae generali obligatoriae praeferri poterit, aut hac in memoriam non obligatoriam mutanda et cum memoria particulari eiusdem generis eodem die in Calendario coniungenda, aut ipsa pro opportunitate in alium diem differenda.

Celebrationes propriae organice cum celebrationibus universalibus componendae sunt, attentis ordine et praecedentia in tabula dierum liturgicorum indicatis (cf. *Normae universales de Anno liturgico et de Calendario*, n. 50 b). Etenim, etsi celebrationes propriae peculiare momentum habeant pro singulis ecclesiis particularibus vel familiis religiosis, valde tamen expedit ut in celebrandis sollemnitatibus, festis et memoriis obligatoriis Calendarii generalis unitas habeatur.

Ita, in occurrentia perpetua inter Calendarium generale et calendarium proprium, si agitur de sollemnitate, praevalet illa Calendarii generalis, propria autem ad alium diem transfertur; in casu festorum, generatim praevalent illa Calendarii generalis, admittitur tamen exceptio ob rationes pastorales, v.g. consuetudo populi, quae sine incommodo statim mutari non potest, traditiones civiles, etc.

In Memoriis amplius admittitur possibilitas praeferendi memoria propria potiusquam illam Calendarii generalis. Certe loco Memoriae ad libitum poni potest memoria obligatoria propria et etiam, si ratio pastoralis id suadeat, memoriae obligatoriae, quae aut fit ad libitum aut ad alium diem transfertur.

D) De celebrationum gradu

24. Celebrationes in Calendariis particularibus ut sollemnitates vel festa ipso iure inscribendae, in tabula dierum liturgicorum expresse designantur. De iisdem supra, nn. 8-12, iam actum est.

Aliae celebrationes propriae, nisi peculiare rationes obstent historicae aut pastorales, ut memoriae obligatoriae vel memoriae ad libitum inscribantur.¹⁴

Memoria enim ad libitum, cum facultatem praebeat eligendi Officii et Missae aut de feria aut de Sancto, minime impedit celebratio-

¹⁴ Normae universales de anno liturgico et de calendario, n. 54.

nem Sanctorum, sed permittit ut ordinatio celebrationis diei liturgici ad necessitates spirituales, pietatem, praeparationem et ingenium participantium aptius accommodetur. Eius usus proinde magnam utilitatem afferet componendis calendariis, praesertim si plurimi Sancti sunt in ea referendi.

25. Nihil impedit quin aliquae celebrationes alicubi modo sollemnior fiat quam in universa dioecesi vel familia religiosa.¹⁵ Hac prudenter adhibita distinctione, Calendaria peculiaribus necessitatibus et opportunitatibus magis convenient.

Cf. supra, n. 17.

26. Si qui Sancti vel Beati una simul in Calendario commemorantur simul semper celebrantur, quoties eodem gradu sunt celebrandi, etsi unus aut aliqui eorum sunt magis proprii. Si vero unus aut aliqui ex his Sanctis vel Beatis gradu superiore sunt celebrandi, fit Officium de his tantum, ommissa celebratione ceterorum, nisi expedit eis alium diem assignare, ad modum memoriae obligatoriae.¹⁶

Ita, v.g., ecclesiae dicatae S. Annae, quae cum S. Ioachino recolitur, vel uni Archangelorum Michaëlis, Gabrielis et Raphaëlis, qui insimul celebrantur die 29 septembris, possunt proprium titularem celebrare gradu sollemnitatis, ceteris Sanctis, cum ipso coniunctis, omissis vel ad alium diem remissis.

E) De titulis Sanctorum

27. Demptis titulis qui sequuntur: « Confessor Pontifex », « Confessor non Pontifex », « Nec Virgo nec Martyr », « Vidua », nominibus Sanctorum hi tituli apponantur, ut in Calendario generali:

a) Tituli usu recepti: Apostolus (Evangelista), Martyr, Virgo.

b) Tituli gradum in hierarchia sacra habitum indicantes: Episcopus (Papa), Presbyter, Diaconus.

c) Tituli qui Sanctum indicant familiae religiosae ascriptum fuisse: Abbas (Monachus), Religiosus, Religiosa.

Titulus *Abbas* tribuitur omnibus Sanctis qui ad Ordinem religio-

¹⁵ Normae universales de anno liturgico et de calendario, n. 54.

¹⁶ Ibidem, n. 57.

sum pertinuerunt, abbatiale munus habentem etiamsi presbyteri fuerunt, ex. gr. S. Bernardus; titulus *Religiosus* religiosis non presbyteris assignatur; titulus *Religiosa* datur ei quae ante ingressum in religionem vitam matrimonialem duxerat; ceterae religiosas titulo traditionali *Virginis* nominantur.

Etsi in Calendario generali nomina Sanctorum laicorum qui non sunt martyres aut virgines nullus peculiaris titulus sequitur, nihil tamen impedit quin in Calendariis particularibus appellationes servantur, quae conditionem eius vitae quodammodo in mentem revocant (ex. gr. rex, paterfamilias, materfamilias, etc.).

In Calendario generali nomina Sanctorum laicorum nullus peculiaris titulus sequitur. Attamen, in calendariis particularibus admittitur ut Sancti laici appellationes quas traditione acceperunt, servant, cum sint quasi pars nominis coloremque particularem ipsis tribuant. V.g. quaedam nationes venerant Sanctos qui earum reges fuerunt, et adhuc desiderant ut ipsi maneant cum propria appellatione, v.g. Aloisius IX rex Galliae, S. Elisabeth regina Lusitaniae, etc. Aliquando utile est indicare etiam statum in quo Sancti laici vixerunt, v.g. materfamilias, ut exemplo sint pro iis qui in eadem condicione degunt.

CAPUT III

DE QUIBUSDAM CELEBRATIONIBUS SINGILLATIM

A) *De Patronis et Titulis*

28. In Patronos nationum, regionum, dioecesium, locorum, familiarum religiosarum, sodalitatum, et moralium personarum Sancti solummodo, id est qui hoc titulo rite coluntur, eligi possunt; non vero Beati, absque Apostolicae Sedis indulto. Semper tamen excluduntur divinae Personae.¹⁷

29. Ad celebrationem liturgicam quod attinet, haec competit solummodo Patronis secundum antiquum usum electis ac constitutis, vel ex immemorabili traditione acceptis. Ceteris vero, qui Patroni sensu

¹⁷ C.I.C. can. 1278; cf. S. Rituum Congregatio, Decreta authentica, n. 526, diei 23 martii 1630, n. 1.

latiore dicuntur, merae pietatis causa propositi, nullum competit peculiare ius liturgicum.

30. Patroni eligendi sunt a clero et populo, et Episcopo vel alii competenti auctoritati ecclesiasticae sunt approbandi. Electio autem et approbatio Sacrae Congregationi pro Cultu Divino confirmandae sunt.¹⁸

Si vero agitur de Patronis Ordinis vel Congregationis vel Instituti religiosi eiusve Provinciae, electio ab iis facta ad quos spectat necnon approbatio a competente auctoritate familiae religiosae data eidem Sacrae Congregationi pro Cultu Divino confirmandae sunt.

31. Patronus principalis posthac unus tantum sit. Ob peculiare rationes, alius, tamquam secundarius, addi potest. Idem servetur, quantum fieri potest, pro Patronis iam constitutis, attentis iis quae nn. 32 et 33 statuuntur.

Licebit tamen duos vel plures Sanctos in Patronos principales eligere, si iidem Sancti una simul calendario inscribantur.

32. Patroni, sive principales sive secundarii, olim constituti propter peculiare circumstantias historicas, itemque Patroni olim propter extraordinaria rerum adiuncta, v. gr. pestem, bellum, aliamve calamitatem, vel propter cultum specialem nunc remissum electi, in posterum uti patroni amplius ne colantur.

33. Sicubi vero cultus et pietas erga Patronum rite constitutum vel ab immemorabili acceptum decursu temporis nulla evaserunt, aut de eodem Sancto nil certum agnoscitur, minime impeditur quin, re mature perpensa, auditis iis ad quos spectat, novus constituatur Patronus, servatis iis quae n. 30 statuuntur.

Syntheticè indicatur methodus servanda in constituendis Patronis, ut eorum electio revera utilis sub respectu pastoralis evadat et a fidelibus bene accepta.

Propterea:

a) generatim unicus Patronus principalis est praefendus ut eius dignitas et momentum extollatur. *Evidenter hoc non valet pro patronis iam constitutis.*

b) Iuxta antiquissimum principium electio non est facienda ab aliquibus tantum personis sed « a clero et a populo, atque ab

¹⁸ Cf. Ibidem, nn. 2-3.

auctoritate ecclesiastica competenti » approbanda (cf. Decretum S.C.R., n. 525, 23 martii 1963).

Quaedam inquisitio semper facienda est ut revera constet de voluntate et desiderio populi. Approbatio datur ab Episcopo, si agitur de dioecesi vel de consociatione quae intra fines dioecesis moratur; a Conferentia Episcopali, cum agitur de patronis nationum vel consociationum quae ad totam nationem se extendunt; a pluribus Conferentiis Episcopalibus, si patronatus alicuius Sancti plures nationes attingit. Confirmatio spectat ad S. Congregationem pro Cultu Divino.

Revisio Calendariorum diocesium et nationum occasionem praebet perpendendi etiam utrum Patronus olim electus adhuc respondeat necessitatibus spiritualibus, pietati et devotioni fidelium. Si casus fert, novus Patronus constitui potest.

34. Ecclesiae in Titulum habere possunt SS.mam Trinitatem, Dominum nostrum Iesum Christum sub invocatione mysterii vitae eius aut nominis in sacram liturgiam iam inducti; vel Spiritum Sanctum; vel B. M. V. item sub aliqua appellatione in sacram liturgiam iam assumpta; vel sanctos Angelos; vel demum Sanctum in Martyrologio Romano inscriptum aut rite canonizatum, non vero Beatos, sine Apostolicae Sedis indulto.¹⁹

Titulus ecclesiae, eadem ratione ac Patronus principalis posthac unus tantum sit, nisi agitur de Sanctis qui una simul Calendario inscribuntur.

Sicubi visum fuerit Titulum ecclesiae mutare, ea servantur quae supra, n. 33, de Patronis edicuntur.

35. Sollemnitas Titulorum B. Mariae Virginis, qui in Calendario generali vel particulari non inveniuntur, fiat aut die 15 augusti, aut alio die quo in iisdem Calendariis habetur celebratio ad honorem B. Mariae Virginis, quae cum titulo particulari aptius componitur, ex. gr. ob tempus frequentiorum peregrinationum fidelium, ob populares traditiones, etc.

Eadem ratione, eligatur dies sollemnitatis Titulorum Domini, qui in Calendario generali vel particulari non recensentur.

¹⁹ Pontificale Romanum (ed. 1961), Ordo ad ecclesiam dedicandam et consecrandam, n. 1.

B) *De sollemnitatibus quarum praeceptum festivum ablatum est*

36. Sollemnitates quae iure generali secum ferunt praecepti festivi obligationem, etsi huiusmodi praeceptum fuerit amotum ab Apostolica Sede, die celebrantur quo in Calendario generali inscribuntur, nisi, iuxta normas generales de anno liturgico et de Calendario in alium diem transferri debent aut possunt.²⁰

Si qua vero Conferentia Episcopalis opportunius iudicet alicui ex his sollemnitatibus, ex. gr. sollemnitati Omnium Sanctorum, alium diem assignare, qui melius congruat traditionibus localibus aut populi ingenio, poterit rem Apostolicae Sedi proponere.

37. Cum ad sollemnitates, quarum praeceptum festivum est abrogatum, alius dies atque in Calendario generali, tamquam proprius, fuerit destinatus, novo die in Calendario particulari inscribi debent.

Conferentiae Episcopales ad dominicam sequentem transferre possunt sollemnitates Epiphaniae, Ascensionis atque Corporis et Sanguinis Christi; extra Quadragesimam ponere possunt sollemnitatem S. Ioseph. Si opportunum videtur alias sollemnitates, v.g. Omnium Sanctorum, Commemoratio omnium fidelium defunctorum, Immaculata conceptio B.M.V., ad alium diem aptiorem transferre, res proponenda est S. Congregationi pro Cultu Divino.

Libri liturgici generales universae nationis vel amplioris dicionis atque Calendarium nationale modum peculiare celebrandi sollemnitates et festa propria indicare debent (cf. infra, n. 47). Ideo sollemnitates et festa, quae rite transferuntur, inscribantur die ad quem translata sunt, indicando quo modo ordinanda sunt Missa et Officium diebus, qui liberi manent celebrationibus Calendarii generalis.

C) *De Rogationibus et Quattuor anni temporibus*

38. Conferentiae Episcopalis est statuere pro universa sua dicione quomodo eae celebrationes agantur quae respondent Rogationibus et Quattuor anni Temporibus. Statuat proinde quando et per quot dies Rogationes sint habendae; itemque quando et quot diebus peragendae sint celebrationes Quattuor Temporibus respondentes, et quod propositum illis tribuatur.

²⁰ Normae universales de anno liturgico et de calendario, nn. 7 et 56 f in fine.

Pariter statuatur quatenus Missae, ex his quae in nova editione Missalis Romani reperiuntur inter Missas ad diversa, sint his diebus adhibendae.²¹

Quattuor Tempora et Rogationes in Calendario generali amplius non indicantur. Res relinquitur determinanda Conferentiis Episcopalibus, quae tamen non deberent sic et simpliciter Quattuor Tempora et Rogationes abrogare, sed indicare rationem, tempus et modum quibus celebranda sunt. Praebent enim optimam occasionem habendi celebrationes vel supplicationes peculiares pro necessitatibus Ecclesiae, mundi et regionis, auxilio lectionum et orationum Missarum ad diversa vel votivarum.

CAPUT IV

DE RECOGNOSCENDIS MISSARUM ATQUE OFFICIORUM PROPRIIS

A) *De Propriis Missarum*

39. In textibus propriis Missarum recognoscendis, opportune distinguantur textus ad Missale pertinentes ab aliis ad Lectionarium spectantibus.

40. Ad Missale pertinent: antiphona ad introitum, collecta, oratio super oblata, praefatio, antiphona ad communionem, oratio post communionem. His addi possunt benedictio sollemnis aut oratio super populum.

a) Antiphonae ad introitum est congregatorum mentes in significationem celebrationis introducere.²² Talis debet esse textus, ut etiam recitari possit quoties non cantetur, immo talis ut a sacerdote aptari possit tamquam fundamentum admonitionis praeviae. Antiphona vero ad communionem debet nexum cum mysterio eucharistico aliquo modo significare.

²¹ Normae universales de anno liturgico et de calendario, nn. 46-47.

²² Cf. Missale Romanum, Institutio Generalis, nn. 25, 26, 29.

b) Ex orationibus, solummodo collecta rationem directam habet cum Sancto qui celebratur: expedit ipsam in lucem proferre indolem propriam ipsius Sancti, aspectum ipsius vitae spiritualis vel actuositatis apostolicae, vitatis tamen locutionibus quae semper eadem inculcant, ex. gr. miracula aut familiae religiosae institutionem. Contra, orationes super oblata et post communionem, directo ad mysterium eucharisticum referuntur: si in his mentio de Sancto incitur, hoc fiat forma indirecta tantum. In novo Missali Romano exempla inveniuntur etiam orationum super populum et benedictionum sollemnium, quae ordinariae benedictioni postremae, quibusdam diebus vel occasionibus, praeponi possunt.

c) Praefatio exprimere debet argumentum proprium gratiarum actionis, quod Eucharistiam pervadit diebus aut temporibus, quibus ipsa praefatio adhibetur. Eius forma litteraria non est supplicatio, sed glorificatio Dei per Christum Dominum ob peculiarem aliquem aspectum mysterii salutis.

Si qua praefatio propria habeatur, inseratur Missae ad quam pertinet.

In textibus Missarum propriis optatur ut servetur methodus secuta in libris lingua latina edendis, praesertim ut habeantur volumina distincta: Lectionarium, quod lectiones contineat, psalmos responsoriales, alleluia et versus ante Evangelium; Missale cum orationibus, praefationibus, Ordine Missae, antiphonis cum psalmis ad introitum, ad offertorium et ad Communionem, et formulis benedictionum sollemniorum. Possunt etiam praeparari ut duo appendices inserendae in Lectionarium et in Missale a Conferentia Episcopali approbata.

In textibus apparandis prae oculis habenda sunt principia quae reformationem Missalis et Officii divini direxerunt. Orationes de Sanctis generatim profundiore revisione indigent.

Attendendum est ut textus qui cantui destinantur revera cantari possint. Pro cantu ad introitum, ad offertorium et ad Communionem considerandae sunt diversae possibilitates, iuxta capacitatem fidelium; proinde, electio facienda est sive e Graduali romano, sive e Graduali simplici, indicando etiam textus qui ad introitum et ad Communionem recitari debent cum cantus non habetur (cf. n. 47). Antiphona ad Communionem, quantum fieri potest, cum Evangelio connectatur.

Antiphona ad introitum, quae pro recitatione proponitur, nova perspectiva consideratur, scilicet ut inspiret monitionem initialem celebrantis, a qua etiam substitui potest.

Possunt haberi etiam peculiares formulae sollemnium benedictionum in fine Missae, immo etiam praefationum. Res absolute nova non est. Nam in quibusdam propriis iam habentur praefationes propriae, quandoque antiquissimae, quaeque tamen revisendae sunt.

41. Ad lectiones quod attinet, diligenter animadvertatur: sollemnitates tres lectiones habere; Vetus Testamentum non legi tempore paschali; lectiones proprias, quoties hae statuuntur, requirere etiam proprium psalmum cum populi responso, atque propriam acclamationem seu versum ante Evangelium.²³

42. Missale atque Lectionarium, nuper instaurata, plures formulas exhibent in Communibus, quae opportune usurpari poterunt in Propriis recognoscendis, praesertim cum haec non continent textus qui, ob suum momentum spirituale aut pastorale vel ipsam antiquitatem, sunt servandi.

Plures orationes et lectiones proponi possunt, praesertim pro Missis votivis, quae saepe repetuntur in sanctuariis vel in quibusdam familiis religiosis, uti sunt Missae in honorem B.M.V., Ss.mi Cordis Iesu, Pretiosissimi Sanguinis Christi, Ss.mi Nominis Iesu, etc.

In seligendis lectionibus e Communibus Sanctorum Lectionarii Missalis Romani, etiam cum plures lectiones proponuntur, opportunum est ut indicentur, ad utilitatem celebrantium, quae magis propriae sunt. Ita, post primam lectionem, indicetur aptus psalmus responsorius et ante Evangelium alleluia cum suo versu.

Cum tres lectiones proponuntur, tempore paschali prima lectio ex Actibus Apostolorum vel ex Apocalypsi eligatur.

B) *De Officiorum Propriis*

43. Elementum summi ponderis notaque propria Officii divini est lectio hagiographica vel de scriptoribus ecclesiasticis, quae conficienda vel eligenda est pro singulis sollemnitatibus, festis et memoriis. Haec autem lectio depromi potest vel e scriptis Patrum aut scriptorum ecclesiasticorum; si vero agitur de Sanctis vel Beatis, esse potest vel excerptum ex eorum scriptis, vel declaratio notarum eorum vitae

²³ Cf. Missale Romanum, Institutio Generalis, nn. 37-38.

spiritualis aut apostolicae actuositatis. Lectioni autem praeponatur brevis narratio biographica, quae tamen in Officii celebratione non est legenda.

Cum parantur autem vel recognoscuntur lectiones hagiographicae, provideatur ut breves et sobriae sint (ex. gr. centum et viginti verba plerumque ne excedant); loci communes vitentur; falsa aut minus apta demantur vel emendentur.

Lectioni demum aptum apponatur responsorium, proprium vel de Communi, quod meditationem textus in lectione prolati opportune foveat.

Pars quae profundiori revisioni subicienda est in Officio divino est ea quae se refert ad lectiones hagiographicas. Verbis ipsis Sancti, in quantum possibile, proponenda sunt essentia et momentum singulare eius vitae, operositatis, doctrinae, spiritualitatis.

Responsorium post lectionem hagiographicam generatim non sumitur e Scriptura, cum se referat ad lectionem quae ab auctore non inspirato composita est.

44. Alia elementa, quae indolem propriam Officio valent afferre, imprimis autem in sollemnitatibus et in festis, sunt invitorium, antiphonae, praesertim vero in Laudibus et in Vesperis, et preces. Hymni proprii, si qui sint, retineri possunt, cum emendationibus quae forte postulantur. Oratio autem semper eadem sit atque in Missa.

Ad has partes recognoscendas vel ex integro componendas, complures textus in Breviario instaurato inveniri poterunt, quibus uti fas erit.

In textibus Officiorum priorum emendandis, attendendum est ut novi textus apti sint ad eorum translationem in linguas vernaculas. Saepe enim Officium divinum textus poeticos habet, qui difficiliter verti possunt in linguas vernaculas, ita ut originalem significationem conservent.

C) De Officiis et Missis disponendis

45. In disponendis Propriis Officiorum atque Missarum, sive quoad generalem ordinationem sive quoad rationem scribendi textus et titulos atque modum indicandi libros Sacrae Scripturae vel operum Patrum, prae oculis habeatur usus quem sequuntur editiones typicae Breviarii et Missalis tum lingua latina tum lingua vernacula exaratae.

46. Convenit, ut in Missali et Breviario imprimendis pro aliqua natione vel ampliore dicatione, celebrationes quae universae nationi vel ampliori dicationi sunt propriae suo loco celebrationibus Calendarii generalis inserantur; quae vero alicui tantum earum parti, ex. gr. regioni vel dioecesi sunt propriae, in Appendice particulari locum habeant.

47. Ut textus, qui in Missa et in Officio canendi sunt apte peragi valeant, opportuna melodiae indicentur, quae usurpari possint, attentis normis quae rationem exsequendi cuiusque cantus regunt, et facultatibus aliquos textus pro aliis substituendi. Ad Missam autem quod attinet, indicentur psalmus adhibendus ad introitum et ad communionem, atque antiphona et psalmus canendi ad offertorium.

CAPUT V

DE PRIVILEGIIS ET INDULTIS IN RE LITURGICA

48. Privilegia et indulta, quae novis normis liturgicis obstant, ut revocata sunt existimanda. Si quis tamen Ordinarius necessarium censuerit unum alterumve ex his privilegiis et indultis iterum renovare, convenienter illud petat, rationibus adductis, quae id suaserunt.

Privilegia autem et indulta quae iisdem normis non obstant, in suo robore perseverant; attamen necesse erit ut et ipsa recognoscantur, quo certius servari possint.

49. Proinde curae sit unicuique Ordinario elenchum privilegiorum de re liturgica, una cum Calendario et Officiorum atque Missarum Proprio, ad hanc Sacram Congregationem transmittere, ut congruenter recognoscantur aut renoventur, addito quoque exemplari praecedentis concessionis.

50. In Propriis typis imprimendis, addatur elenchus privilegiorum liturgicorum, ut prae manibus sit cuique eodem Proprio utenti.

* * *

Summus vero Pontifex PAULUS VI, die 23 iunii 1970, hanc Instructionem in omnibus et singulis approbare dignatus est, atque sanxit ut eam omnes ad quos spectavisset diligenter exsequerentur.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 24 iunii 1970.

BENNO Card. GUT
Praefectus

A. BUGNINI
a Secretis

In « Ordo celebrandi Officium divinum et Missam iuxta Calendarium Romanum generale pro anno Domini 1971 » quem Libreria Editrice Vaticana edidit, dominica missionibus ad gentes dicata, assignata est pro anno 1971 die 17 octobris. At iuxta rescriptum S. Congregationis Rituum, diei 14 apr. 1926, dies pro Missionibus celebranda est paenultima dominica octobris. Cum nihil immutatum sit hac de re, adveniente anno dies Missionum habendus est die 24 octobris.

In proximo fasciculo

- « La Messe est-elle un exposé de thèmes? ».
- « Questa è liturgia rinnovata ».

SUMMARIUM DECRETORUM

(a die 1 sept. ad diem 31 oct.)

I. CONFIRMATIO DELIBERATIONUM CONFERENTIARUM EPISCOPALIUM
CIRCA INTERPRETATIONES POPULARES.

EUROPA

Regiones Linguae Gallicae

Decreta generalia, 25 sept. 1970 (Prot. n. 3089/70): confirmatur interpretatio *gallica* « Proprii » de Sanctis Missalis Romani (a die 1 ianuarii ad diem 31 iulii) cum suis praefationibus.

Germania

Decreta generalia, 29 sept. 1970 (Prot. n. 3095/70): confirmatur interpretatio *germanica* Ordinis Lectionum Missae, cui titulus « *Lektionar*, Band III Lesejahr C ».

Hispania

Decreta generalia, 4 sept. 1970 (Prot. n. 2818/70): confirmatur « ad interim » interpretatio *hispanica* praefationum de dominicis per annum, et praefationum communium Missalis Romani.

Lusitania

Decreta generalia, 5 sept. 1970 (Prot. n. 2713/70): confirmatur « ad interim » interpretatio *lusitana* ritus De Ordinatione Diaconi, Presbyteri et Episcopi.

Die 18 sept. 1970 (Prot. n. 2849/70): confirmatur « ad interim » interpretatio *lusitana* Ordinis celebrandi Matrimonium.

ASIA

India

Decreta particularia, *Regionis linguae « Hindi »*, 24 sept. 1970 (Prot. n. 3090/70): confirmatur interpretatio *hindi* ritus De Ordinatione Episcopi.

Insulae Philippinae

Decreta generalia, 5 sept. 1970 (Prot. n. 2758/70): confirmatur interpretatio *ivatan* Ordinis Missae.

Thailandia

Decreta generalia, 4 sept. 1970 (Prot. n. 2827/70): confirmatur interpretatio *thai* Ordinis Missae.

AFRICA

Congum Kinshasa

Decreta generalia, 18 sept. 1970 (Prot. n. 2830/70): confirmatur interpretatio *otelela* Canonis Romani Missae, necnon Ordinis celebrandi Matrimonium.

Die 22 sept. 1970 (Prot. n. 2829/70): confirmatur interpretatio *ngbaka* Precum Eucharisticarum.

AMERICA

Carribeana Regio

Decreta generalia, 16 sept. 1970 (Prot. n. 2884/70): confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis celebrandi Matrimonium, necnon Ordinis Baptismi parvulorum a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata.

Argentina

Decreta particularia, *Bonaërensis*, 24 sept. 1970 (Prot. n. 3057/70): conceditur « ad interim » ut, de iudicio Ordinarii loci, in administratione Baptismi adultorum, adhiberi possit ritus Baptismi parvulorum aliquibus cum accommodationibus. Facultas data est « ad interim », usquedum publici iuris fiet editio hispanica ritus Baptismi adultorum.

OCEANIA

Nova Zelandia

Decreta generalia, 14 sept. 1970 (Prot. n. 2831/70): confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis Missae, a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata, excepto « Pater noster ».

II. CONFIRMATIO INTERPRETATIONUM POPULARIUM PROPRIORUM RELIGIOSORUM.

Ordo Servarum Mariae, 22 sept. 1970 (Prot. n. 3073/70): confirmatur « ad interim » textus Ordinis Professionis Religiosae lingua hispanica exarati. Confirmatio datur « ad interim », usquedum publici iuris fiet editio Commissionis mixtae pro lingua hispanica.

III. DECRETA CIRCA RITUS ET CALENDARIA PARTICULARIA.

Gallia, 29 sept. 1970 (Prot. n. 3106/70): confirmatur « ad interim » Calendarium nationale Galliae.

Italia: Bononiensis, 23 sept. 1970 (Prot. n. 3074/70): conceditur ut in ecclesiis O.F.M. Bononiae, sollemnitatis S. Francisci celebrari valeat die 4 octobris non obstante sollemnitate S. Petronii, Patroni principalis civitatis, quae in supradictis ecclesiis transfertur ad diem 5 octobris.

IV. DECRETA QUIBUS FACULTATES CIRCA SS.MAM EUCHARISTIAM CONCEDUNTUR.

Facultas ut, *de iudicio Ordinarii loci*, deficiente ministro competente, Superiorissa domus religiosae vel alia religiosa ab ipsa delegata, aperire et claudere valeat portam tabernaculi in quo asservatur SS.mum Sacramentum, ut adoratio *a Communitate* peragi possit.

Gadicensis et Septensis in Hispania, 14 sept. 1970 (Prot. n. 2851/70): pro communitatibus Religiosorum et Religiosarum totius dioecesis.

Iundiaiensis in Brasilia, 18 sept. 1970 (Prot. 3049/70): pro monasterio v. « de Nossa Senhora das Mercês » in civitate « Itu », dioecesis Iundiaiensis.

Respublica Mexicana, 14 sept. 1970 (Prot. n. 2821/70): pro communitatibus Religiosarum omnium dioecesium.

S. Sebastiani Fluminis Ianuarii in Brasilia, 14 sept. 1970 (Prot. n. 2828/70): pro Communitate Sororum Franciscanarum « Hospitais da Imaculada Conceição », in civitate S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

V. DECRETA CIRCA MISSAS VOTIVAS IN SANCTUARIIS.

Ordo Fratrum Minorum, 28 sept. 1970 (Prot. n. 3064/70): conceditur ut in Sanctuario *Strunjani* in *Istria*, Minoriticae Provinciae S. Crucis in Slovenia, celebrari possit singulis per annum diebus Missa votiva Beatae Mariae Virginis, sed *tantum* pro peregrinis sacerdotibus, aut quoties ipsa petita Missa votiva in peregrinantium favorem dicatur, *dummodo* non occurrat dies liturgicus in nn. 1-4 tabulae praecedentiae inscriptus (cf. « Normae universales de Anno liturgico et de Calendario », n. 59, I: *Calendarium Romanum*, Typis Polyglottis Vaticanis 1969, pp. 20-21). Gratia *ad quinquennium* conceditur.

VI. DECRETA CIRCA EXPERIMENTA.

Civitates Foederatae Americae Septentrionalis, *Rockfordiensis*, 23 sept. 1970 (Prot. n. 3002/70): conceditur ut in dioecesi Rockfordiensi, de iudicio Ordinarii loci, peragi possit celebratio communis Unionis infirmorum, sive intra, sive extra Missam.

Celebratio ordinatur iuxta schema et normas, quae inveniuntur in *Notitiae*, n. 50 (1970), pp. 13-24.

Experimentum eo usque protrahi valet, donec aliter ab Apostolica Sede sit provisum.

VII. DECRETA VARIA.

Bobiensis in Italia, 16 sept. 1970 (Prot. n. 2927/70): conceditur ut ecclesia paroecialis v. «Casalporino», S. Bernardo dicata, consecrari valeat, non obstante can. 1165 § 5 C.I.C., ommissa consecratione altaris, quae iam peracta est.

Fuldensis in Germania, 8 sept. 1970 (Prot. n. 2815/70): conceditur ut Episcopus dioecesanus sacerdotes in aliqua dignitate constitutos subdelegare possit ad benedictionem nolarum in usum sacrum intra fines dioecesis peragendam.

Ordo Sancti Benedicti, 16 sept. 1970 (Prot. n. 2983/70): conceditur pro tota Confoederatione Ordinis Sancti Benedicti et etiam pro monialibus et sororibus benedictinis, Confoederationi aggregatis, ut adhiberi valeant textus neo-Vulgatae, praesertim psalterium, in Officio divino celebrando.

LITANIAE SANCTORUM

In Litaniis Sanctorum hae inserantur mutationes:

1. *Nomen Sancti Ioannis Baptistae ponatur immediate post nomen S. Eliae et ante nomen S. Ioseph.*
2. *Nomen Sancti Stanislai (Episcopi et Martyris) inseratur post nomen Sancti Bonifatii et ante nomen Sancti Thomae Becket. Haec tamen secunda mutatio tantum valet pro Litaniis in sollemnibus supplicationibus adhibendis.*

ITALIA. XII CONVEGNO NAZIONALE DI ARTE SACRA

Promosso dalla Pontificia Commissione Centrale per l'Arte Sacra in Italia, si è svolto ad Ascoli Piceno, nei giorni 23-26 settembre, il XII Convegno Nazionale di Arte Sacra sopra il tema: « L'area liturgica presbiteriale: valori, interpretazioni, proposte ».

Il tema del Convegno è stato concepito e preparato in unità di intenti con l'Episcopato, il clero e gli artisti di ogni parte di Italia, dal momento che lo spazio liturgico presbiteriale è oggetto di particolare attenzione da parte delle Commissioni di liturgia e Arte Sacra, che ne studiano accuratamente struttura e collocazione, in armonia con le direttive conciliari e le recenti norme dell'*Istruzione generale del Messale Romano*.

I lavori del Convegno, presieduti da Sua Eminenza il Cardinale Paolo Marella, Presidente d'onore della Pontificia Commissione, sono stati aperti da una relazione del Prof. Arch. Riccardo Pacini, sovrintendente ai Monumenti del Lazio, sopra la tutela e il rinnovamento dell'area presbiteriale. Sono seguite le relazioni di Sua Eccellenza Mons. Benvenuto Matteucci, Amministratore Apostolico « sede piena » dell'Arcidiocesi di Pisa, sopra i principi teologici dell'aggiornamento liturgico-architettonico; quella di Sua Eccellenza Mons. Giovanni Fallani, Presidente della Pontificia Commissione di Arte Sacra in Italia, su realizzazioni e orientamenti del presbiterio; la relazione di Sua Eccellenza Mons. Marcello Morgante, Vescovo di Ascoli Piceno, sull'artigianato e l'arte liturgica.

Liturgisti e cultori di arte sacra hanno esaminato, con l'attenta assemblea dei partecipanti, altri problemi di grande interesse pastorale, relativi alla realizzazione e sistemazione dell'altare, del tabernacolo, dell'ambone, della sede presidenziale, del battistero.

Durante il Convegno sono state allestite due significative esposizioni: una *mostra fotografica* delle principali realizzazioni circa l'area presbiteriale, secondo la documentazione giunta dalle varie diocesi italiane; e una *mostra dell'artigianato sacro*, comprendente vesti e arredi sacri, il cui allestimento è stato curato dalla scuola d'arte cristiana « Beato Angelico » di Milano.

Il Convegno ha offerto un'occasione di riflessione, un punto di riferimento, di chiarezza e d'unità in questo tempo, nel quale si ricercano e si adottano soluzioni architettonico-artistiche adeguate al rinnovamento, stabilito dal Concilio Vaticano II, per l'area del presbiterio, che si colloca con i suoi vari elementi al centro focale dell'assemblea e dell'intera celebrazione liturgica.

PONTIFICIA COMMISSIO PRO NOVA VULGATA BIBLIORUM EDITIONE

EPISTOLAE S. PAULI APOSTOLI ET CATHOLICAE

Epistolarum tum *S. Pauli* tum *Catholicarum* textus Latinus est prorsus eadem ratione ac via recognitus, quibus *Evangelia*; idque eo consilio ut cum exemplari Graeco, criticae artis ope statuto, quam maxime congrueret eique concineret (cfr. *Evangelia IV*, Typis Polyglottis Vaticanis, a. 1970, pp. VII-IX).

Cum tamen hanc N. T. partem, ut plerique docti censent nosque ipsi experti sumus, beatus Hieronymus non recensuerit — quae quidem est una e causis cur textus *Epistolarum* N. T. alicubi obscurus et perplexus appareat — ideo nobis textus Latinus *Vulgatus* satis corrigendus fuit, quem et emendavimus et immutavimus quoties aut critica textus, aut philologia, aut exegesis poscerent.

Qua in re simul ea studiosius considerata sunt quae Latini codices et antiquorum scriptorum christianorum, in primisque Hieronymi commentationes tradiderunt, simul etiam iis scientiae subsidiis adhibitis quae haec nostra intulit aetas; ut non solum emendationes criticae artis fundamento niterentur, sed etiam cum illa lingua ac genere dicendi apte cohaerent, quae antiquae Ecclesiae propria sunt.

Un vol. in-8° (cm. 17 × 24), pp. 236, rilegato, L. 4.000 (\$ 6,70)



ORDO BENEDICTIONIS ABBATIS ET ABBATISSAE

Editio typica

Vol. in-8°, pp. 32, L. 1.000 (\$ 1,80)

In Ponticali Romano ex decreto Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instaurando locum habet ritus de Benedictione Abbatis et Abbatissae. Volventibus saeculis hic ritus Benedictionis formas singulis temporibus et locis proprias induit. Nostris vero temporibus opportunum visum est traditas formas recognoscere, ut ritus munus spiritale in clariore luce collocaret illius, qui religiosae familiae praest, iis demptis partibus quae ingenio hominum nostrae aetatis minus congruerent.

Liber praebet in extenso utrumque ritum, nempe pro Benedictione Abbatis, et pro Benedictione Abbatissae. Appendix colligit, uti moris est in libris liturgicis instauratis, uberem messem lectionum biblicarum in Missa Rituali adhibendarum.

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

MISSALE PARVUM

E MISSALI ROMANO ET LECTIONARIO EXCERPTUM

Editio iuxta typicam

Præsens « Missale parvum » refert Missas, quæ ex decreto S. Congregationis pro Cultu Divino (Prot. N. 1560/69) imprimi debent in Appendice Missalium lingua vernacula redactorum ad utilitatem sacerdotum, qui non habent textum Missæ diei aut lingua latina aut alia lingua, qua commodè celebrare possint.

Attamen opportunum visum est hanc Missarum collectionem augere in commodum sacerdotum celebrantium, et ad vitandam repetitionem nimis frequentem eorundem textuum.

Ex his Missis sacerdos, quantum fieri potest, illam eligat quæ diei vel tempori liturgico magis respondeat.

Missæ tamen ad diversa, votivæ et defunctorum adhibeantur quando hæ Missæ, iuxta normas generales, permittuntur.

INDEX

MISSÆ DE TEMPORE: In Adventu, Tempore Nativitatis, In Quadragesima, Tempore Paschali, Per annum I, Per annum II.

ORDO MISSÆ: Ordo Missæ cum populo, Præfationes, Prex eucharistica I seu Canon romanus, Prex eucharistica II, Prex eucharistica III, Prex eucharistica IV, Ordo Missæ sine populo, Appendix.

MISSÆ PRO CELEBRATIONIBUS SANCTORUM: De Beata Maria Virgine, De Sanctis Angelis, De S. Ioanne Baptista, De S. Ioseph, De Sanctis Apostolis, De Sanctis Martyribus, De Sanctis Pastoribus, De Sanctis Virginibus, De Sanctis viris et mulieribus.

MISSÆ ET ORATIONES AD DIVERSA: Pro Ecclesia, Pro Papa, Pro ministris Ecclesiæ, Pro laicis, Pro unitate Christianorum, Pro evangelizatione populorum, Pro pace et iustitia servanda, Pro infirmis, In quacumque necessitate, Pro gratiis Deo reddendis.

MISSÆ VOTIVÆ: De Sanctissima Trinitate, De Sanctissima Eucharistia, De Sacratissimo Corde Iesu, De Spiritu Sancto, Pro defunctis.

APPENDIX: Formula generalis orationis fidelium, Præparatio ad Missam, Gratiarum actio post Missam.

Volumen in-8° (cm. 17×24), pp. 168, typi rubro-nigri, charta non translucida.

2 tabulæ coloribus ornatae, apparatus signaculorum mobilium.

Volumen linteo connectum cum ornamentis aureis decoratum (gr. 350) L. 3.500 (\$ 6)
